promontoria. In hoc agro ſit goſſipium & ſesama, ſit
& lina clara. Naſcuntur cappares, prouent Crocus,
& ſiliqua ſylvestres, & terebinthus, naſcuntur & her-
ba medicina. In qualam ſcribit. Greci ſigilina in monte
caſus. Moris de Pejaiā ſuſpiciunt ſylue ſedem Syrena & Hippo, in
eum de Pejaiā Dindarum

ba medicinales, ut panax trigona, Astrologia, centau-
rem, chameleon, daucus, sicas, cistus, hipocistus, tur-
bit, peucedanum, pyretrum, hypericon, chameatreos, a-
meos, cyperus, staphylos agraria & aliae multæ. Nascitur
as, & calcanthum, rubrica fabrilis, & lapis ophites
optimus ejus generis, quo columnæ, que in Romano pâ
teon extant. Nascitur argentum, & ferrum tribus lo-
cis, conflatur & non hic ferrum. Non longe ab oppi-
do Ioannis abatis domini Basili monachi cognomine Te-
refsi idest messoris templum existit, ubi ipsius corpus
quiescit, qui beati Nili coanus & amicus fuit, de quo
alibi fatus sumus, eius festum agitur sexto cal. mortuar.
Hic etiam & beatorum Bartholomei & Nicolai di-
mii Basili monachorum corpora iacere dicuntur. In hoc
Carreno agro pagi sunt Patianum, ubi aurum & argentum &
Camin cyanens color nascitur, sunt & ferrifodine: Camenam
Hignano ubi tubera nascuntur: Stenianum, ubi lapis molaris fru-
Viale mentarius & olearius nascitur. Reatium oppido par,
Querlanselle & Vinalialis Quilemo Sireto nobilis. Hic latini, gra-
cias & hebreæ literis, diuinæque scriptura scientia
apime eruditus est, & a Pio Rom. Pont. bisnis nomi-
nis quarto. S. R. E. Cardinalium ordinis est additus. In
de est Cocyntum promontorium Locrensem sinus ef-
ficiens. Quod, ait Plinius, longissimum Italiae promon-
torium esse aliqui existimant. Id, ait Polibius libro se-
cundo, unus est Italia angulus meridianam plagam sive
Euan Ionum ac siculum dividit mare. A fratre eius
bucoisque siculum mare dicitur, a Cocynto vero usque

Hydruntum

Hydruntum Ionum mare nunc patitur, inde Adriaticum.
Hydruntum, ait Plinius, ad discrimen Ionij & Adria-
ticum. Dispat Cocyntum a Zephyrio promontorio
in p. circiter I. A Cocynto rursus Scyllaticus sinus in-
cipit, & Lacinio promontorio terminatur. Ouidius Me-
thi, libro xv. in navigatione Aesculapij meminit Laci-
ni & Scyllacei, inde Cocynti & Zephiri promonto-
rii, & Amphissæ, & Caulonia, & Naritie, idest lo-
cri, licet metri causa locorum ordinem minime servet.
Ait enim de Aesculapio loquent.

Italianam tenuit, præterque lacinia templo
Nobilitata dea, Scyllaque littora fertur.
Linquit Iapygiam, levibusque Amphissia remis
Sexa fugit, dextra prærupta cocyntia parte
Zephariisque legit, Caulonia inque, Naritiamque
Enincitque scutum, siculique angusta Pelori.

Iam vero ostendimus inter Lacinium templum & Scyl-
laceum tria Iapygum promontoria esse. Sed quidam
codices de prauitos, accipientes magis deprauant. Sunt
enim qui pro Scyllaria legunt Scydea, cum Scyllæ post
Euripum contra pelorum sit, pro Amphissia legunt
Amphryssia, cum Amphrysus fluvius sit in Thessalia;
pro Cocyntea legunt Ceraunia, cum Ceramis montes
sit in Epiro, pro Zephyrio nescio quod Romechis com-
niant. Non animaduertentes quod Onidius Aescula-
piam ex Epidavro Romanam nauigantes Italianam atti-
gisse nautio aperte scribat. Et nunc orientalis Cala-
brie ora loca, per que erat Aesculapius transiit

S 3 describit

describit, inde reliqua Romam usque, non Epiri, aut alterius alicuius regionis. Lewis, inquit rex quis frigat, saxa Amphibia, nam contra Amphibia saxa sunt, inter quae & roubem navigabat, aut lenibus remis quod mare illud, ut dixi, saxosum sit. Post Cocymnum promontorium ad sextum lapidem Chaterena oppidum offertur edito loco distat a mari m. p. quatuor. In hoc agro sal fossile nascuntur, & rubrica fabrilis, nascuntur & cappares, prouenit terebinthus, fit gossypium & sesama, fuit olea, & mella nobilia, ortitur eurus, & hippocampus, & aliae nobiles herbe. Hic panni sunt ex lana coloris nigri coloris handignobiles, sunt enim multis modis ex stampina sericeo, vel gossipino, vel limeo, & subiegmine laneo: item pannis gossipini tenues, quibus mulieres perplis utuntur. Inde Badolatum oppidum sese offert edito loco a uadome uerbo greco, quod diligo significat, quod is locus dilectione dignus sit, secundum oppidum Brada fluvius labitur, abest a Chaterena m. p. tribus a mari duabus. In hoc agro gossypium & sesama sunt, item uina olea & mella, & serica insignis prouenit terebinthus. Sunt hic & gossipini panni quales Chaterena. Sunt in hoc agro pagi Andreas & Isea. Non procul ab oppido Calipparus annis navigabilis fuit, inde Alata fluvius alter labitur. Deinceps Satrianum oppidum occurrit edito loco Cecinum olim dictum, dicitur Cecinum. Sunt a freto m. p. quatuor, a Badolato decem, quod Cecinos annis navigabilis adlabitur. De Cecino oppido meminit Mela, qui ipsum in Scyllatica sinu ponit: de

Cecino

J. Grecia

Badolato

J. Andrea

Isea

Atria

Grecia

Taurica

celvo stadio meminit Plinius, quin hoc sinu, inquit, amnis navigabiles sunt Cacinos, Crotalus, Semiris, Arobas, Argines. Item Stephanus, Cecinum inquit, opidum & flumen, meminit & Thucidides libro tertio, ubi ait. Laches & Athenenses egressi e natis nonnulla loca in locidis iuxta Cecinum annem locreses ad arcendam uiam occurrentes cum Proxeno Capatonis filio circiter trecentos caperunt, detracitisque armis abierunt. Ad Cecinum annem, ait Transanias, Eulymus apparere desit. Hic mel optimum fit, fit & gossypium & Sesama, nascuntur terebinthus, & gypsum et terra sodior. In hac orientali Calabria ora, ut semel acquisierimus ac tertio dixi, passim & ubertim prouenit terebinthus, & iudea, & tamara, & aleander, & Lentiscus, sunt in hoc agro pagi vestium, & Danum, quod S. S. S. S. S. pingue sonat. Post Cecinum Galeatum uicus est. Inde Nauclie Tetruum castellum salubri loco situm cum uino & melle optimis, abest a mari m. p. tribus. Hic etiam terebinthus prouenit. Non longe est clara nullis castellum alterius cum liris optimis non cadentibus. Alexandrinis. Inde est Suberatum castellum supra mare paulum adito loco, quod Beltrana fluvius praterfluit, abest a Cecino m. p. quatuor in ade dico Maria beati Francisci Sapanensis corpus quiescit. Sunt in hoc agro pagi Argutum, & Cardinalum cù liris optimis, qualia sunt clausilli, fit & caseus optimus, extant & horti nemorosi citrorum, limonum, & malorion arreorum. Inde est Montipacum, tenue oppidum, distat a Suberato

S 4 m. p.

Augusto

Cardiale

V. - Amone

*m. p. duobus, a freto millario. Hic iuxta Meliteum solum
quercus est nunquam folia dimicans. Exinde est
Scyllaceum civitas nobilis & metropolis sedes episcopalis adiutorio ac natura minuto loco sita undique, quipibus
wallata inter duos amnes, qui suptus urbem in unum
coenit, absit a freto m. pass tribus ab Auxoniis, aut
ab Oenotriis condita, & inde ab Atheniensibus colo-
nia deducta. Quandoquidem, ut sepe dictum est, Auxo-
nij in utraque Calabrie ora multas condidere urbes, in
de Oenotrii ea potiti, urbes crebas ex parvas costruxe-
rent. Postea Atheniensis, & Thocenses, & Philolotes,
& Idomeneus complura oppida in Calabria aut
edificauerunt, aut colonias deduxerunt. De hac autem
urbe ita Strabo scribit Scyllaceum Atheniensium colo-
nia, qui Mnestei comites fuere. Hoc tempore Scylla-
ceum vocatur. Tenetibus autem Crotoniatis, Diorysius
locris terminum statuit. Ab arboque sinus ipse Scylla-
ceus nomen accepit. Qui ad Hipponiam finum isti-
mum, quem diximus, efficit. Conatus est autem Diony-
sius illum illum manibus munire: in ea expeditio-
ne, quam contra lucanos suscepit. Verbo quidem ut in-
tra istimum habitantes redderet aduersus barbaros
tutiores. Re autem vera, ut communem Gracorum in-
suciem concordia dissolueret, & securius interiores suo
subderet imperio. Verum exteriore incursione facta ne-
tuerunt. Mnesteus autem, cuius comites hanc urbem
coloniam deduxerunt, rex fuit Atheniensium electus,
Thescoque suffensus. Quia si in expeditionem graco*

rum est proscenius, ut Plutarchus in Theseo scribit. Plu-
tarus etiam aut. Sinus & Scyllaceum, quem occurreris Te-
menos sinus peninsulam efficit. Et in eo portus, qui no-
vatur cœstra Annibalis nusquam angustiore Italia xx.
m. p. ass. latitudine est. Id etiam Herodotus & Aristoteles as-
serunt. Fuit Scyllacium Romanorum colonia, ut C. Vel-
lerius Paterculus lib. primo scribit. De nobilitate Scyl-
lae agri Aibalaricas rex nepos ex filia Theodorici,^{haec proba}
ad securum scribit. Quod autem Cassiodorus ipse Ca-^{debat videlicet}
tuber fuerit, ostendit rex Theodoricus in epistola ad ip. in ^{ex} cas-
sum scripta in qua eius virtus scribit & laudes. Cui
postquam Siciliam insulam guberniandam attribuit,
Bretiam & Calabriam genitale solum, regi dā tribuit.
Libuit hoc regis epistolam in meclere, quæ hec est. Cas-
siodoro vero illustri atq; patricio Theodoricus rex. Quæ
uis proprio suauitat bonore quod est naturaliter laudabile,
ne e desuet probata conscientie fasces, cum generante
animo dignitates. Omnia siquidem bona suas sunt iuri-
ela cum fructibus. Nec credi potest virtus, quæ seque-
stratur a premio: tamen iudicij nostri culmen excelsum
est, quoniam qui a nobis promiscitur precipuis plenus
meritis extimatur. Nam si aquabilis intendens est,
quem insuls elegit, si temperantia predius, quem mo-
deratus ascinit, omnium profecto capax potest esse me-
ritorum, qui indicem cunctorum meruit habere virtu-
tis. Quid enim maius queritur, quam ubi insensisse lan-
dum testimonia, ubi gratificatio non potest esse suspen-
ta. Regnantis quippe sententia iudicium de solis atti-
bus

bus sumit, nec blanditi dignatur animus domini potest. a
te muuens. Repetantur certe que te nostris sensibus
infuderunt, ut laboris tui fructus capias, ut nostris ani-
mis singula suauiter inbesisse cognoscas. In ipso quip-
pe imperii nostri desuotus exordia, cum adhuc fluctuantibus
rebus proximiarum corda nagaarentur. Et negle-
girr. in domiua nomitas ipsa pateretur, singularum
suspicantium mentes ab obstinatione precepiti deuia-
sti, culpas remouens illis nobis necessitatum subtra-
hens ultionis. Egit salubris persuasio, quod schemens
non poterat emendare distillio. Lucratus es domi-
na provincie, que meruit sub denotione nescire.
Vbi sub precinto martio ciuilia iura custodiens, publi-
ca priuataque commoda inauritus arbitrus extimabas.
Et proprio censi neglecto fine inuidi et lucri, morum de-
uitias retulisti, excludens vel querelis aditum vel deri-
gationibus locum. Et unde uix solerit reportari patientie
silentium, noces tibi multa uere laudantium. Noi-
mus enim testis. Rullo sicutorum natura quam si fa-
cilius ad querelas, ut solita consuetudine possint indices
etiam de suspicionibus accusare. Sed nos nec eorum pre-
conisorum sine contenti. Lucanie et Brettiorum tibi de-
dimus mores regendos, ne bonum quod peregrina pro-
suncia meruisset, genitalis soli fortuna nesciret. At tu
consuetudine denotiones impendens eo nos obligasti mu-
nere, quo tibi putabamus omnia redidisse. Inde amplius
debitum, unde credi poterat absolutum. Egisti te per
cumta iudicē totias erroris expertem, nec iniuria quen-
quam

quon deprimens, nec gratiab Landicentem subla-
tum cum ubique sit arduum, tamen sit in patria glo-
riosum, ubi necesse est, aut gratiam parentela proso-
cer, aut odium longe contentiones exasperent. Obletas
igitur altius praefectio et recolare totius Italia notissi-
mum bonum, ubi cumla protida ordinatione dispones,
ostendisti quam lene sit suspendia sub indicis integritate
deprehendere. Nullus grauer intidit quod sub equa
dium non patitur. Fruere nunc bonis tuis, et ualitatem
propriam, quam respetu publico contempstisti, recipie
duplicatam. Hac est cuim uita gloriae commoditas do-
minus esse testes, cines habere laudantes. His ergo est
amplissimis laudibus incitati patritatus tibi apicem
in ista remuneratione conserimus, ut quod aliis est pre-
mium, tibi sit retributio meritorum. Atule et summa vir
felicitate laudibili. Qui ad hanc nocem donunatis anti-
mos impulsisti ut honorum tuorum potius fateremur ei
se quod credimus. Sed bac diuinum perpetrata auxilio.
ut cum hoc pro remuneratione tribuamus, ad meliora
iterum tuis meritis exigamus. Ipse uero Cassiodorus li-
bro duodecimo in epistola ad maximum prepositum
de lande Scyllacei patria sue, et ruris sui scribens sic
ait Scyllaceum prima urbana Brettiorum, quam Tro-
iae destructor Ulysses creditur condidisse, irrationabili-
ter dicitur praeuentum nimicrate uexari, quod no-
bis praesidentibus non oportuisset assumi: quia lesiones
eius cogimur plus dolere dum patrioticca nos probe-
tar

tur affectione contingere. Cuius supra finum Adriaticum constituta in modum bottionis pendet in collibus, non quod difficultate ascensione turgescat, sed voluptuose Campos virutes, & caruca maris terga respicit. Hec usque centem solem ab ipsis cunabulis intuetur, ibi uentura dies non prenastii aurorae, sed mox ut oriri caperit lampadem suam vibrans fiducia ostendit. Gaudentes respicit Thabum, propria ille luminis claritate respicit, ut ipsa magis solis putetur esse patria. Rhodi opinione supereta fructu luce perspicua. Aeris quoque temperatione dotata, africas hiemes, refrigeratas sentire astutus, & sine aliquo merore transfigitur, ubi infesta tempora non limentur. Hinc et homo sensu liberior est, quia temperies cunctam moderatur. Patria siquidem seruens leues efficit, & acutos, frigida tardos et subdolos, sola temperata est, que mores hominum sua qualitate componit. Huc est quod antiqui Athenas sedem sapientum esse dixerunt, que aeris puritate peruncta lucidissimos sensus ad coelum platinam partem felici largitate preparauit. Nonquid enim tale est corpori aquas canosas forbere, quale perspicuitatem lucidissimi fontis haubre? sic anima rigor oneratur, diu spiritu gravio comprimitur, subiacens enim necessariis talibus rebus, quando nubilo tristes efficiuntur, & iterum naturaliter ad serena gaudemus: quia calestis anima substantia ad insecta queque & purissima latet. Frustratur marinis quoque copiosa delicia dum possidet vicina quae nos fecimus, claustra neptunia. Ad pedem siquidem

dom Moschij montis saxorum uscribitis excanatis, studeatur res gurgitis decenter innatisimus, ubi agmen pisces sub libera captivitate ludentium & delectatione reficit animos, & admiratione malitet obesus. Currunt anidi ad manus hominum, & antequam cibi sicut, escas expetunt. Pascit homo delicias suas, & dum habet in potestatem, quod capit, frequenter euerit, si repletus omnia derelinquit. Spectaculum quoque pulchre admirantium non admittitur in ciuitate sedentibus. Cernuntur assatim copiosa vindemia, arcarmus pinguis triura conspicitur, oliuarum quoque uirantium uultus appetitur. Non exigit alius agrorum amoenitate, cui datum est de urbe ciuitate conspicere. Hanc quia modo non habet muros ciuitatem credit ruralem, villam iudicatur laude dictata. Hanc dum frequenter misere dehderant commaneantes, dum tadia laboris refugere cupiunt amoenitate ciuitatis in paradaenorum & ammoniarum præbitione proprijs ciues fatigantur expensis. Quapropter ne laedit urbem amoenitas sua, aut res præconu-
fiat causa dispendij paraueredorum et annonarum præbitionem secundum euelliones concessas, in assem publicam confitimus impuniti Palueratica quoque iudicis fanditus amputantes, trium tantum etiam dierum presulibus annonas præberi secundum metra consita decernimus, suis expensis saltu tarditate uelut. Leges enim administrantes, remedio non oneri esse valuerunt. Quis de re æquitatis intuitu ciuitas uelira relevare

re iudiciorum est, quod tibi referimus, non remissum.
 Vnde invante Deo iustitia secunda, & lectoritatis gaudio
 singulari. Alij dicat insulas, ego vero habitationes tuas
 appellare potius fortunatas. Civitas vestra, & habi-
 tationes tuas dicit, qui Maximus, ad quem scribit, Scyl-
 latica regionis propositus erat, & Scyllacei residebat.
 Et libro eodem ad Anastasium cancellarium Lucanie
 & Brettiorum praepositiu[m] de caseo & uino Brettianis
 & praesertim Scyllatico uino loquens ait. Cum apud re-
 rum dominum soleni more praderemus, & diversa pro-
 vincie de suis deliciis laudentior, ad uina Brettiorum
 & Scyllatica ei suavitate currente, ut assolet, sermone
 perueniam est. Quod herbarum beneficio tanta ibi na-
 tura incanditate conficeret, non credas deesse mellis
 gustum, quem nulla confidis qualitate permaxime. Ma-
 net illic leviter provocatum lac uberibus fistulosis, &
 quasi in alijs ventres natura ubertate collectum, non
 guttis impluit, sed quibusdam repentinis torrentibus
 invadet. Reddet suavis & varius odor berbarum, na-
 ribus agnoscitur pecudum pastus, qui flagrante nitore
 diversa, & huius scintitur inspirare similia. Huic tanta pin-
 guedo sociatur, ut arbitreris sensu decurrere palladium
 liquorem, nisi quod ab illa prasina viriditate nivio can-
 dore discernitur. Tunc eadis late patentibus copia illa
 mirabilis late nimis pastore suscepit etiam admixcio-
 ne coaguli in callosam ex perit teneritudinem condura-
 ri, ad pulcherrimum orbem forma perducitur, que sub
 terraneis horret aliquantulum congregata nocturna
 casei

T 1: R 12
 s. i. facit esse substantiam. Hoc quanto eius superimp-
 ponitur augenjs deslinabis, ut desiderijs regalibus p. uno
 manere saufecisse uidetur. Vnum quoque quod lau-
 dare cupiens Palmarium nominavit antiquitas, nos
 ipsum a spiritu sed gratum suavitate perquirere. Na-
 licet inter omnia brevita uidetur extremum factum est
 tamen penè generali opinione praecipuum. Ibi enim re-
 pertur & Gazzato par, & Sabino simile, & magis odo-
 ribus singulare. Sed quia illud famam sibi nobilissimā
 uendicauit, Hoc & in suo genere nimis elegans perqui-
 ratur, ne prudentia maiorum aliquid appellasse uidea-
 tur impropriū. Est enim suauis pinguedine mollescit et as-
 sumptuositate firmissimum, nare uiolentum, candore
 quoque perspicuum. Quid itare dolet ore rugitum, ut
 merito illi a palma nomen uideatur impositum. Visceris
 desetia constringit, uulnera madida desiccat, lapsum re-
 jicit pestis, & quod siccus ualeat implore potus arte com-
 positus, hic naturaliter prestat infestus. Sed prouide ut
 supradictas species exactas debetas destinare, quia fallē
 nō possamus, qui hoc patrioticā ueritate retinemus. Ad
 tu diuines, tu autem tuo periculo diffimili facis, quorum
 iuri inedita tenere posse cognoscis. Item de admirabili
 & insitam fontis natura agri Scyllatici, qui Areibus
 dicebatur, ad Severum praepositi scribens libro octavo
 ita dicit. Cum Nifandus uir sublimis pro causis suis
 ad comitatum sacratissimum festinaret, itineris longim
 quietas consecutus, animalia sessa reparare contendens ad

re iudiciorum est, quod tibi referimus, non remissum.
 Vnde iuvante Deo insulae saeculi, & securitatis gaudio
 singulari. Alij dicat insulas, ego uero habitationes tuas
 appellarem potius fortunatas. Cittas nostra. & habi-
 tationes tuas dicit, qui Maximus, ad quem scribit, Scyl-
 latice regionis propositus erat, & Scyllacei residebat.
 Et libro eodem ad Anastasium cancellarium Lucaniae
 & Brettiorum prepositione de caseo & uino Brettiano
 & praesertim Scyllatico uino loquens ait. Cum apud re-
 rum dominum soleni more praderemus, & diversae pro-
 vincie de suis delitiis laudarentur, ad uina Brettiorum
 & Scyllatica ei suavitate currente, ut assulet, sermone
 persentum est. Quod herbarum beneficio tanta ibi na-
 ture & iuicorditate conficitur, ut non credas deesse mellis
 gustum, quem nulla conspicis qualitate permixtum. Ma-
 net illic leuiter pronocatum lac uberibus fistulosis, &
 quasi in alijs ventres natura ubertate collectum, non
 guttis impluit, sed quibusdam repentinis torrentibus
 influefit. Redolent suavis & uarius odor herbarum, na-
 ribus agnoscitur peccatum pastus, qui flagrans virtute
 diversa, thuris sentitur inspirare similia. Hanc tanta pin-
 guedo sociatur, ut arbitriter simul decurrere palladium
 liquorem, nisi quod ab illa prafina sordiditate nubo can-
 dove discernitur. Tunc eadis late patentibus copia illa
 mirabilis Loto nimis pastore suscepta cum admixtio-
 ne coaguli in callosam & perit teneritudinem condura-
 ri, ad pulcherrimum orbem forma perducitur, que sub-
 terraneis horreis aliquantulum congregata diuina omni
 casei

casei facit esse subflantiam. Hoc quanto eius superimpo-
 situm uanigies destinabis, ut desiderijs regalibus paruo
 uincere satisfisco videar. Vnum quoque quodlau-
 dare cupiens Palmatianum nominauit antiquatas, nos
 hispm a spiru sed gratum suavitate perquirere. Na-
 bret et inter una bretta videatur extremum factum est
 tamen penè generali opinione precipuum. Ibi enim re-
 peritur & Gazzato par, & Sabino simile, & magis odo-
 ribus singulari. Sed quia illud famam sibi nobilissimam
 uendicauit, Hoc & in suo genere nimis elegans perquisi-
 tur, ne prudentia maiorum aliquid appellaſſe videa-
 tur impropriū. Est enī suauis prigordine moliter iras-
 sum, uincacate firmissimum, nare uolentum, candore
 quoque perspicuum. Quod itare dolet ore ruffatum, ut
 merito illi a palma nomen videatur imponitum. Viscerā
 defecta constringit, uulnera madida deficcat, lapsum re-
 fecit peccitus, & quod uix ualeat implere potuſ arte cons-
 positus, hic naturaliter prostat infelix. Sed prouide ut
 supradictas species exactas debeas destinare, quia falli
 nō possumus, quia hoc patuſtica ueritate retinemus. Ad
 praefens enim de cellarijs nostris quæ desiderabātur ob-
 tulimus, tu autem tuo periculo diſsimilia fucis, quorum
 iam inditia tenere posse cognoscis. Item de admirabili
 & inſdam fontis natura agri Scyllatici, qui Arethusa
 dicebatur, ad Seneum propositū scribens libro octavo
 ita dicit. Can Nifandus uir sublimis pro causis suis
 ad comitatum sacratissimum festinaret, itineris longin-
 quitate confectus, animalia ſessa reparare contendens

ad fontem Aretbusam in Scyllatico territorio coniuncta elegit posere mansionem. Ea quod ipsa loca et pastura rum ubertate fœcunda sunt, et inundatione aquarum pulchrescant. Est enim, ut dicitur, sub pede collum supra maris arenam fertilis caput. Vbi sors nascitur egre-
iens canis in corona speciem cingebilis reparum sua
rum ora contextit, amarus admodum, et arundineis um-
bris, et aquarum ipsarum virtute mirabilis. Nam ibi
tacitus homo et studiose silentiosus aduenierit, aquas
fontis irrigui repperit sic quietas, ut in more stagni no-
tam currere, quam stare uideatur. At ubi concrepans
uisus emissus fuerit, aut sermo clarior fortasse sonnerit,
nescio qua uia aqua ibidem concitate profiliat. Os il-
lum gurgitis ebullire uidens grauerit excitatum, ut pa-
tes aliquam rigerem sucesse olla suscepisse feruorē.
Silenti homini tacere loquenti strepitu et fratre re-
spondens, ut flup seca sic subito perturbatam, quā mil-
lus tactus exagitat. Enova uis, inaudita pro pictas,
aquas nocte hominum commoueri. Et quasi appellante
respondeant, ita hominum sermonibus provocate ne-
scio quid immurmurant. Credas ibi aliquid animal pro-
stratum sonno quietescere, quod excitatione magno stre-
piti tibi respondeat. Aretbusa enī sors nuditatis locis
esse fertur, diciturque ab origendo. Fuit Cassiodorus in
secularibus disciplinis, omnium suo scientia erudi-
tissimus. Sed seculi honoribus contemptis domini benedictus
monachus factus dominarum scripturarum scientia,
aque etiam sanctitate iussus. Fuit abbas Cœnobij, quod

est

et uerenne scripsit epistolarum libros viginti duo. Hi
storiam tripartitam in libros duodecim, in epistolas ca-
tholicas libros septem: in actus apostolorum librum
unum, institutionem secularium literarum libros novem:
inflectionem diuinarum lectionum libros duos, de ra-
tione anime librum unum, in cantus cantorum librum
unum: memoriale scripturarum librum. Complexio-
nes in apocalib. lib. unus. Sacerdotem præominatum
lib. unum, in totum psalterium lib. unum, ubi psalmorum
occulta precipue potentissime referuntur. Catalogum cō-
sulium Romanorum lib. unum, de etymologiis lib. unum:
de orthogr. phia lib. unus: de schematibus et tropis lib.
unum. Clarum temporibus Iustini senioris usque ad ins-
perij Iustini anni junioris finit. Obiit annum agens xvi.
a Christo anno Dlxxv. Functus est autem Roma ma-
grus ac summis honoribus ac magistratibus, nam fuit
senator, et questor, et consul, et magister officij, et
præpositus officiorum Theodorici et Alarici regum et
totius Italia præfatus. Est Scyllatica ecclesia uetusissi-
ma. Zaccarias episcopus Scyllaticus interfuit Syno-
do Romana sub Vigilio papa, et Paulus episcopus Scyl-
laticus interfuit Synodo Constantino politana sexta sub
Agathone papa et Gaudentius episcopus Scyllaticus
interfuit Synodo Romana sub Hilario papa. In ade epi-
scopali dux Agathij corpus quietescit, assertum est ei
sula dominica crucis, et crux beatae Marie Virg.
et Marie Magd. et beatorum apostolorum Matthei
et Bartholomei. In calamitate illa, quam minera Ca-

T labria

labria & Lucania ab agarenis, & cretensisibus, maurit
& cartbaginensisibus perpessa sunt, Reginum ob ar-
chiepiscopi sanctitatem, & Scyllatum quod tuto ac
munito loco est nil adversi tulerunt. Celebratur hic no-
bile emporium annuatim. Fiant signa opera insignia,
iaponi patina, lances, disci, & alia id genus. Fiant &
vina olea, mella & lina optima sunt aurifodina &
argentifodina, nascitur marmor. Effoditur gypsum trige-
num, speculare, & marmorosum, & alabastrite simi-
le, sive ut quibusdam placet, alumine scissile. Fit gossypium,
& sesame, & oriza cum libet, fit & triticum laudatissi-
mum, prouenit terebinthus, vitex, tamaris & olean-
der. Sunt in hoc agro pagi Italarum a statu Hillo, &
mons sive promontorium eodem nomine Moscius olim
dictus, in ima parte eius secus littus Cassiodori villa
fuit. Hic tubera producuntur, & asparagi sponte omni-
bus mensibus anni intyborum capistrum fimbrie dul-
ces sunt. In templo huius pagi est corpus beati Gorgo-
ni Montanum, ubi diu Pantaleonis frustis quedam
affirantur. Gasparina, Vitis cum liris optimis mini-
mum inuidentibus Alexandrinis. Hic sanctorum uiti
Modestii & Gestientia corpora iacere dicuntur. Luce-
nandum, Olinadum, Centracum, Palermatum, ubi effo-
ditur marmor, Helia, Amaronum, Florum, & Borgia
sunt & in Scyllatico agro caelaneta mortalium usiū
& parcis alendis opportuna. Intus est Gemiliatum op-
pidum, quod Crotalus ananis praterfluit, abest a Scylla
eo n. p. novem, a fredo duodecim. Oppidum ligneis na-
tum. I. lit. 10. luc nad. 11. und. Centra sis
Palermi. I. lita, Amaroni. I. Flora, Borgia
yin & Lano. Ubi t. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
lucere Crotalus. I. t. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
affinis mentionem facit de aduentu Crotalij in
littera c. 14. p. 62. a sonis

per confusas undis nuant operam. In hoc agro calcantum
magnum, et eos olcaria oleo trahens aciem, ex hoc oppi-
do Iustus Tiberius Rosellus philosophus, Augusti. Ny-
plus auditor. Qui Neapoli post praceptorum suum pri-
mum locum inter philosophos obtinebat. Salerni plu-
ri annos philosophiam publice est professus. Inde Afric
ie usitate impatiens eam adiit, ubi a suo maxcio so-
pore sepultus interfecit est. Vt igit modo Iohannes Chri-
stianus dini benedicti monachus spectate uite sic la-
tina & graca lingua impense eruditus archiepiscopus
Dyrrachinus. m. p. octo ab oppido dñe. Marie a Cora-
tio cognomine templum extat circelliensem monacho-
rum canobium, ubi multorum sanctorum frusta asser-
vantur. Ad secundum lapidem a Geniliano Tyrium op-
pidum est uenustissimum in edito loco situm distat a fredo
m. p. duodecim, a Scyllaceo novem. Fuit ab Athenien-
sis aut conditum, aut deducta colonia. Hierone du-
ctore circiter Olymp. septuagesimam, ut Plutarchus in
Nicia tradit. Vbi sic art. Hieron colonie, quam Athe-
nenses in Italiam miserunt, ductor constitutus fuit, &
Tyrianum ciuitatem edificans. Licet quidam Thurio-
rum legant. Sed porrò hallucinantur, nam Thurium co-
loniam deduxit Pericles, quo cum sene Nicias inue-
nis praturam gesit. Hic casus laudatissimus fit. Extat
mons sublimis nobilibus herbis medicinalibus reser-
vis, sunt enim Apennini ingredi. In hoc agro uicus est Si-
tigianum, nec longe Maremaria uicus alter. Inde ad fre-
cum redessit Trocha castellum occurrit, quod Crota-
lum Fallax, nunc despoliatum. Vix in
Neocastron. rossiles fructus combatit.

Scipio
Ins. sanguis addabitur. Ex hoc castello fuit Agathius
Guidacensis presbiter integra uita & uir latina grata,
& hebraica lingua a prime eruditus. Roma hebraicas
literas publice docuit leone & clemente Pont. Inde bi-
blioteca, quam multo studio sibi comparaverat, amiss-
sa ea in die punctione, que per Carolum Borboniam facta
est, Parisios adiit, ibi plures annos easdem literas pu-
blicè est professus. Editū rudimenta grammatica he-
braicæ linguae. Scriptis ad Clementem septimum super
cantica, & super aliquot psalmos, & in Daniellum Mi-
gravit e uita Parisijs Pauli tertij Pont. anno octavo,
atatis sua anno sexagesimoquinto Extinde est Cirisar-
cana castellum cuius oleo optimo, cuius Ager frumenti
& aliorum frugum ferax est, & pabulus, nec non pha-
siatorum, externarum, & coturnicorum aucupio commo-
dus nascitur reoponticum. Secus littus a Scyllaceo m.
per sex ciuisdam oppidi uestigia uisuntur, quod a Creté
sibus, Maioris, & Carthaginensibus excisum fuit. Iux-
ta locum hunc Crotalus anni navigabilis in mare de-
fluit, cuius, ut dixi, minime Plinius. Qui olim Croto-
niensem agrum a Locrensi dispesecbat nam antea illum
Cacino disternerabat. Siquidem Scyllaceum Crotoniē
suum erat, ut dudum ex Strabone ostendit. Qui & alibi
ait post Scyllaceum Crotoniarum fines sunt: sed Dio-
nysius Tyrannus illud Crotoniatis adimens Locrensis
iuris fecit. Tota uenpe ora hec a Cacino prius ut di-
xit, inde a Crotalo anni usque ad Hyliam, nunc Trion-
tum flumen sub Crotoniensium ditione erat: ab Hylia ue-

in insula ad Alcalandrum flumen Thaborium.



O S T Crotalum flumen Catazatum Ann. 1322
civitas nobilis extat inter Crotalum *secundum Janum*
ipsum & Allum amnes edito salu- *et sub*
erit sub
brisque seu locata, loci natura & in- *prope*
de manu munita, distat a freto m. p. si. x *lanius*
a Scyllaceo duodecim, est sedes episco- *lanius*
palis. Nouū opus fuit autem a Fagatio Nicephori Im- *lanius*
peratores in Italiam procuratore conditum post uictoria Uide *lanius*
I. b. *lanius* et in quam uniuersa Calabria, Lucania, & Apulia *lanius* in
preposa est. Condidit estis Fagitus ipse in hac urbe ec- *lanius*
clesiam in honorem Michaelis archangeli, quæ Stephanus *lanius*
archiepiscopus Reginus consecravit. Dicitum est *lanius* se
autem Catazatum a Catizo uerbo græco quod signifi- *lanius*
cat sedeo, quod hoc condenda urbis loco delecto, hic co- *lanius*
federavit. Ut et a cata id est super & Zao hoc est nro, & *lanius*
eros id est mons, quod super hunc montem aeris tempe- *lanius*
rie calique amaritate præstantem conditæ sit urbs. *lanius*
Unde catazatum effet appellanda. Quæ adeo coaduit, *lanius*
ut hac tempestate inter primas Calabria uibes annu- *lanius*
meretur. Hic omnis generis, & uersicolores sericei pas- *lanius*
ni, & q̄ optimi texuntur, quibus conficiendis textores
adjunt plurimi, telariaque plurima in ea sunt. In æde
episcopalibati Vitaliani membra aliquot, & beati
Theodori brachium assertuantur. Nuper excessu e uita